



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 112. Jacobi Spifamæ caussa a Senatu cognosci cœpta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

bus autem exitio futura foret: proinde **Sæcul. XVI.**  
inquietabat se hortari ceteros, ut in officio permaneant. **A. C. 1559.**

§. CXI.

*Duo Senatores Faber, & Burgus  
Regis jussu capti.*

**D**emum Rex confurgens, ac Fabri, & Burgi Senatorum oratione vehementer commotus, Gabrieli Montgomerio Satellitum Præfecto, ut ambos comprehendenderet, atque ad carceres deduceret, imperat: post meridiem vero pariter in suis quisque ædibus capti, atque Bastiliæ, ut vocant, inclusi fuere Paulus Foxius, Fumeus, & Porta: idem quoque fatum subiissent Ferrerius, Valla, & Viola, nisi suorum amicorum ope adjuti sese imminenti periculo subduxissent.

§. CXII.

*Jacobi Spifamii caufsa a Senatu  
cognosci cœpta.*

**A**ltera die rursus convocatis Curiæ *Thuan. i. c.* Patribus ex Regis mandato de Jacobi Spifamii Episcopi Nivernensis, qui *læ Pope-liniere l. 8. Bullinger l. i. hist. sui temp.* tum forte ducta clam uxore aberat, & Genevam se contulerat, caufsa cognosci cœpit. Hic idem Spifamius Parisiis natus originem trahebat ex Itala, ac nobili Luccensium Familia, ex qua jam *Hist. Eccles. Tom. XLIII.* O Anno

Sæcul. XVI. Anno millesimo trecentesimo quinqua-  
gesimo Bartholomæus Spifamius prius

Parisiis sedem suam sigebat, atque ex  
eiusdem prosapia omnes hujus nominis  
posteri, ac præcipue Bissalii, Grangii,  
& Passii ortum trahunt. Jacobus  
Patrem habuit Joannem Spifamium de  
Passio, qui Regi a secretis, ac bellis  
ærarii Præfектus speciatim nominatus  
erat: Matrem autem habebat Jacobinam  
Ruzeam. Hic inter quinque fratres  
suos postremus, & Regiæ Curiæ primo  
Senator, necnon Inquisitionum Præses  
renuntiabatur, postea vero libellorum  
supplicum Magister, ac tandem Regiæ  
sanctioribus consiliis erat: dum autem  
sacræ militiae nomen dederat, Parisien-  
sis Ecclesiæ Canonicus, Universitatis  
Cancellarius, ac Senonensis Abbatie  
ad D. Paulum Præfектus, necnon Caroli  
Lotharingii Cardinalis Rhemensis Ar-  
chiepiscopi Vicarius feliebat: denique  
ab ipsomet Henrico II. ad Nivernensem  
Episcopatum Anno Domini millesimo  
quingentesimo quadragesimo septimo  
nominatus fuit, interfuitque Ordinum  
comitiis, quæ Anno Christi millesimo  
quingentesimo quinquagesimo septimo  
Parisiis habebantur. Post hæc non tam  
novarum opinionum persuasione, quam  
nefando cujusdam foeminæ amore im-  
pulsus hoc anno reparatæ salutis mil-  
lesimo

lesimo quingentesimo quinquagesimo **Sæc. XVI.**  
nono Genevam secessit. Itaque recita- **A.C. 15.9.**  
tis suæ cauffæ testimoniis, ac delibera-  
tione desuper habita Senatus in illum  
judicii acta instrui præcepit.

§. CXIII.

*Primum conciliabulum Parisis a Cal-  
vinistis celebratum.*

**C**eterum quamvis Rex ad exterminan- **Thuan. §**  
dam Calvinistarum factionem adeo **Spond. l.c.**  
severe in eos inquire juberet, haud ta- **Benoit hist.**  
men præpedire poterat, quod non refor- **de l'edit de**  
matarum, uti sece appellatabant, Eccle- **Nantes t. I.**  
siarum Ministri rursus Mense Mayo in Pa-  
risiensis civitatis suburbio ad Sanctum  
Germanum dicto convenirent. Huic  
conventiculo præfuit Franciscus More-  
lus inter suos fama clarissimus, ubi  
cuncta summo premebantur silentio, qui-  
nomo priusquam huic Synagogæ initium  
dabatur, de rebus secreto tenendis jura-  
mentum exigebatur, ac per integros  
quatuor dies æstivo tempore longiores  
suum conventum protrahebant, ita ta-  
men, ut non modo nullam obtinuissent  
licentiam, sed nequidem ullo pacto il-  
lam petiissent. Porro multa ibidem  
fuere decreta, ac præprimis quidem  
agebatur de Anabaptistarum lecta, quam  
quidam Petrus Christianus Pictaviensis

O 2

Mini-